



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

XVII. De Restitutione imponendâ, & procurandâ dispositione ad
absolutionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

118 *Institutionum Pastoralium*
alteri, vel bono communi. Subinde
enim prudentius tacentur, quād do-
ceantur quādam vitia contractuum,
obligationes restitutionum, impedi-
menta matrimonii; quando poenitens
est in bonā fide, & meritō timetur,
ne, si doceatur, sciens peccatus sit,
præsertim si ex ignoratione non sit
maius malum secuturum. Verū si
ignorat culpabiliter, docendus est,
et si non roget. Quod si verò inter-
roget, quantumvis timeatur, ne sci-
ens peccet, veritatem negare non po-
tes, nec omnino silere: fortè aliquan-
do licebit tergiuersari, aut prudenter
dissimulare responsum, ne de bona
fidei possessione maiori damno de-
turbetur.

NVM: XVII.

*De obligatione ad procurandam dispositio-
nem pro absolutione, & ad restitu-
tionem imponendam.*

SI videris poenitentem nimio me-
tu deiectum, propositā Dei mis-
ericor-

ricordiā erige; si timidum, animes; si präfidentem, inter spem, metūmque statue; si effutire grauia scelera, suggere faces doloris, aut potius, qui dolorem moueat amoris, iis nimirum incentiis, quæ ad attritionem, vel potius veram contritionem excitent. Denique si peccatum obnoxium est restitutiōi famæ, honoris, bonorum, aut damnorum compensationi, putēsque pœnitentem, vel suâ culpâ non aduertere, vel certè non facturum, cùm sciat, & possit, tui quoque id muneris est, pœnitentem de obligatione monere, eāmque vrgere, præsertim nisi aliunde præuideas maius malum secuturum. Quod si verò neglexeris monere, et si peccāris contra officium neglecta salutis tui pœnitentis; non tamen contra iustitiam; qui ad procurandum bonum alterius ex officio confessarii non teneris, ideo neque ad reparandum datum. Teneberis verò restituere pœnitenti

(nisi)

120 *Institutionum Pastoralium*

(nisi aliunde excuseris) si absque probabili ratione pronuntiaueris, eum teneri grauiter, cum non teneretur, nisi monueris ante solutionem. Similiter si poenitentem docueris improbabiliter liberum esse ab onere restituendi, cum obligaretur grauiter, teneberis dedocere poenitentem, aut ipse alteri damnum compensare, si error tuus fuerit grauiter culpabilis; si vero minus, debebis saltem amoliri damnum lege charitatis, si absque graviori tuo incommodo possis.

NVM : XVIII.

*De imponendâ poenitentiâ, de absolutione
à peccatis, de schedis confessionum.*

Pars integrans Sacramentum poenitentiæ, est poena aliqua satisfactoria pro peccatis confessis, quæ simul medicina sit ad præcauendum imposterum. Eam tu nomine Dei impones ex officio, quod geris, tum Iudicis, tum Medici, eamque poenitentis